



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XXVII. De his qui cum Judæis vescuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De his qui cum Iudeis vescuntur.

C A P. XXVII.

Poenit. Rhab. Item in Concilio Elibertino de Christianis
c. 26. " qui cum Judæis vescuntur scriptum est : Si ve-
" rò quis Clericus vel fidelis cum Judæis cibum
" sumpserit , placuit eum à communione absti-
" neri , ut debeat emundari.

Poenit. Rhab. Item in Concilio Toletano cap. x i v . scrip-
ibid. " tum de Judæis : Suggestente Concilio id glo-
" riosissimus Dominus noster canonibus inseri
" præcepit, ut Judæis non liceat Christianas ha-
" bere uxores vel concubinas , neque mancipium
" Christianum in usus proprios comparare ; sed
" filios qui ex tali conjugio nati sunt assumendos
" esse ad baptismum. Nulla officia publica eos
" opus est agere per quæ eis occasio præbeatur
" poenam Christianis inferre. Si qui verò Chri-
" stiani ab eis Judaïsimi ritu maculati sunt , vel
" etiam circumcisi , non redditio pretio, ad liber-
" tatem & religionem redeant Christianam.

De his qui uxorem simul & concubinam habent.

C A P. XXVIII.

Poenit. Rhab. Item de his qui uxorem habent , si concubi-
c. 10. " nam habuerint , in Concilio Toletano cap.
" x v i i . scriptum est : Si quis habens uxorem
" fidelis , si concubinam habeat , non communi-
" cet. Ceterūm is qui non habet uxorem , & pro-
" uxore concubinam habet , à communione non
" repellatur. tantūm ut unius mulieris , aut uxo-
" ris,